

G A B R I E L I S
P A L A E O T I
Bonon. Iuriscons.
D E N O T H I S S P V R I I S Q V E
Filiis Liber.

IN Q V O O M N I A Q V A M E M A D
hanc materiam pertinent, copio-
sissime tractantur.



Coll. Soc. 'Eusebii ex dono Regum

V E N E T I I S
Apud Jacobum Leoncinum. M. D. LXXII.

I V L I O III. P O N T. M A X

GABRIEL PALAEOTVS S.



V M , te nuper diu-
no numine nobis prin-
cipe dato, iam secun-
da omnia , & Chri-
stianæ Reip. saluta-
ria ab incredibili sa-
pientia , ac uite tua
integritate iure cœ-
pta sint sperari, haud
mirum est certe, tam

multos ad te ex longinquis etiam terris summo-
cum plausu , & gratulatione , ad tam faustum
Dei munus agnoscendum , atq; uenerandum quo-
tidie confluxisse . Ego quoque, cum præclaro tuo
familia nostra patrocinio iam pridem niteretur,
decreueram omnino , tum communi quodam , &
præcipue ciuium nostrorum munere , tum priuato
meo erga te obseruantiae iure , isthuc ad sanctissi-
mos tuos pedes deosculandos excurrere : sed cum
uererer, ne in tam frequenti præsertim salutato-
rum conuentu huiusmodi officium uix appareret,
curandum mihi putavi, ut alia ratione, meæ erga
te fidei, atque obseruantiae euidentius testimonium
darem . Quapropter collegi nonnulla ex comen-
tatiunculis, uigilijsq; meis , quæ nunc augustissi-
mo nomini tuo conscrarem, non eo quidem, quod

TRACTATVS

DE NOTHIS SPVRRIIS,
ILLVSTR. ET REVERENDIS.

GABRIELIS PALAEOTI,
S. Rom. Eccle. Cardinalis,



AN INITIO OMNES EX QVO-
cunque concubitu suscepit filii,
legitimi haberentur.

- 1 Ante leges scriptas, an aliquid illegiti-
me factum dici posset, & num. 9.
- 2 Quid Cicero de prima uerba hominum con-
ditione senserit.
- 3 Quis primus leges scriptas populis edi-
derit, & quo tempore.
- 4 In sacris literis illegitime natos sape no-
minari.
- 5 Duplex ius naturale præter vulgarem
Doctorum differentiam.
- 6 Quomodo id quod de iure naturali est
censeatur prohibitum, aut permisum.
- 7 Ius naturale, in homine, quo accipiatur.
- 8 Cur promiscuus coacubitus fuerit pro-
hibitus.
- 9 Iure naturali, delicia etiam damnari.
- 10 Lex, quid sit, & quando inuenta.



V M de filiis illegitimis si-
muis tractatur, ut omnia et
cetera, atque ordine tradan-
tur, necessarium duxi de eo
rum origine nonnulla in pri-
mis recensere. Cum eam im-
materia per quam obscura
sit, parvissim; sparsim impli-

cita questionibus, nos quibus haec omnia, quoad
eius fieri poterit, dilucide explicare, atque in-
unum colligere, propositum est, nihil optimus fa-
cere posse arbitrati sumus, quam ab ipsis rei
ueluti incunabulis exordiri, ut ita ad reliqua,
quaे consequentur, facilior hinc aditus patesiat.
Dicemus igitur primo, essent ne initio æquali
omnes iure homines, & quoniam primum tem-
pore hoc illegitimorum nomen ceptum sit usur-
pari, Quia quidem de re, inter grauiissimos iuris
interpretes, magnam olim fuisse controversiam
legimus, Ricardumque Malumb. acris. ingenii
uirum, in quadam disputatione, ut refert Barto-
lus, a respondisse, Iure naturali primogenio, que
cunque concubitum passam licitum fuisse, om-
nesq; ex quo quis coitu suscepitos, liberos, legi-
timos extitisse, seruatumque id eousque fuisse
semper, quoad latè sunt scriptæ ab hominibus
leges: illis enim cum deinde certi hominum ma-
trimonijs fines essent constituti, ita post factum,
ut qui eos lìmites essent egredi, primi illegiti-
mos uidetint filios, cum antea hoc ipsum nomine
esset ignotum, Quæ opinio placuit sanè mul-
tis, & tum quod expresse Iustiniani verbis ui-
deretur approbata, c tum etiam, quod cū hæc
maris & feminæ coniunctio, de iure naturali

a Bart. l. 5. ad 1
conclb.

b Albe. l. 1. §.
iur naturale de
imß. & in. Bal.
non. tract. doc.
3. par. m. 7.
c Auth. quib.
mod. nat. sui. §.
nature.

I N D E X.

capi.	64.1
Alia ciuilia alia naturalia.	143.1
Enuntiatiua quando probent.	57. in prin.
Veri filii.	52.4
Vernæ qui dicantur.	34.5
Veteris testam. dicta in causis qu id profint.	130.8
Virtutes & uitia ex propria p̄dere uoluntate.	158.5
Vltima quando derogent pr̄cedentibus.	61.3
Votum castitatis à coniugib⁹ factum, an reddat ille gitimos filios.	25.4
Vulgo concepti qui sint, & unde dicti.	38.7. & 43.5
Vxor maritum adulterij non accusat.	34.4. & 101.2
Vxores triplicis generis apud Rom.	8.1
Vxores plures an olim ducere liceret.	5.3. & 4.6. & 13.1.

| FINIS.

R E G E S T V M.

A B C D E F G H I K L M N O P
Q R S T V X Y.

**Omn̄es sunt Quaterniones, pr̄ter Y,
qui est medio.**